

## Lectio V. Ablativus & Vocativus

1. De mortuis nil nisi bene.
2. Est modus in rebus. (Horacy)
3. Mens sana in corpore sano.
4. Nihil est ab omni parte beatum.
5. Suam quisque fortunam in consilio habet, cum de aliena deliberat. (Kurcusz Rufus)
6. Qui est ex Deo, verba Dei audit, propterēa vos non auditis, quia ex Deo non estis. (Ew. wg św. Jana)
7. Gloria in excelsis deo.
8. In fuga foeda mors est; in victoria gloriosa. (Cyceron)
9. Alienā vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt. (Seneka) [a tergo – z tyłu, za plecami]
10. A malis mors abducit, non a bonis, verum si quaerimus. (Cicero)
11. Ut ager sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina aniāmus. (Cyceron)
12. Thesaurum in sepulchro ponit, qui senem heredem facit. (Publiliusz Syrus)
13. Sánctum nón possúm, patrém te dícere póssum,  
Cúm videó natám, Páule Secúnde, tuám. (Pannoniusz) [metrum: dystych elegijny]
14. Nón cenát sin(e) apró nostér, Tite, Caéciliánus.  
Béllum cónvivám Caéciliánus habét. (Marcjalis; metrum: dystych elegijny)
15. Nón amo té, Sabidí, nec póssum dícere quáre:  
Hóc tantúm possúm dícere, nón amo té. (Marcjalis) [metrum: dystych elegijny]

N.B.

1. Et tu, Brute, contra me? (Cezar) [Tu quoque mi fili?]
2. Ave, Caesar, morituri te salutant
3. A.D. = Anno Domini
4. Deus ex machina
5. Ex aequo
6. Ex libris
7. Exempli gratia
8. Pro domo sua ≠ Pro publico bono
9. Sine ira et studio

## TEKSTY

1.

Polonia septentrionalis pars est Sclavoniae, quae habet ab oriente Rusiam, ab austro Ungariam, a subsolano Moraviam et Bohemiam, ab occidente Daciam et Saxoniam collaterales. Ad mare autem septentrionale tres habet affines barbarorum gentilium ferocissimas nationes, Selenciam, Pomeranam et Pruziam, contra quas regiones Polonorum dux assidue pugnat. (*Gallus Anonymus*)

2.

Totum, Deus, in te spero,  
Deus, ex te totum quaero.  
Tu laus mea, meum bonum,  
mea cuncta tuum donum.  
Tu solamen in labore,  
medicamen in languore,  
Tu in luctu mea lyra,  
Tu lenimen es in ira,  
Tu in arto liberator,  
Tu in lapsu elevator.  
Metum praestas in provectu,  
spem conservas in defectu.  
Si quis laedit, Tu rependis, [quis – ktoś]  
si minatur, Tu defendis. [minatur – grozi]  
Quod est anceps, Tu dissolvis, [quod – co]  
quod tegendum, Tu involvis. (*Hildebertus*) [tegendum – do ukrycia]